

Mitteilungen
des
Oberösterreichischen Landesarchivs

11. Band

Linz 1974

INHALTSVERZEICHNIS

I. Vorträge des Lorcher Symposiums vom 17. 10. 1970

Die Lorcher Martyrer. Von P. Willibrord Neumüller OSB . . .	3
Lauriacum-Lorch zwischen Antike und Mittelalter. Von Friedrich Lotter	31
Lorch und die Passauer Bistumsorganisation. Von Rudolf Zinnhobler	51
Pfarre und Dekanat Lorch im kurialen Einflußbereich. Von Josef Lenzenweger	67
Zur Verehrung des hl. Florian im Stift St. Florian. Von Karl Rehberger	85

II. Allgemeine Aufsätze zur Landesgeschichte

Die „Kirchweihchronik“ des Stiftes St. Florian (Fortsetzung und Schluß). Von Alois Zauner	99
Vom „Hospital“ zum „Krankenhaus“. Zur Geschichte des Krankenhauswesens in Oberösterreich bis zum 1. Weltkrieg. Von Hans Sturmberger	229
Beiträge zur Geschichte der Minoriten in Enns von den Anfängen bis 1553. Von Herta Hageneder	249
Beiträge zur Musikgeschichte des Stiftes Kremsmünster. Auszüge aus den Kalendernotizen des P. Beda Plank 1804–1830. Von P. Altman Kellner OSB	281

III. Rezensionen

Handbuch der bayerischen Geschichte I, II und III, hgg. von Max Spindler (O. Hageneder)	345
Rudolf Zinnhobler, 700 Jahre Fischlham (H. Hageneder) . . .	352
Alois Kocher, Die Anfänge des Stiftes Schönenwerd (H. Hageneder)	352
Johann Ulrich, Der Luftkrieg über Österreich 1939 bis 1945 (O. Hageneder)	353
Heide Dienst, Babenberger-Studien (O. Hageneder)	353
Max Spindler, Erbe und Verpflichtung (H. Sturmberger) . . .	354
Alphons Lhotsky, Aufsätze und Vorträge I (K. Holter)	355
Studien zur Geschichte der Universität Wien, 7 Bände, und Festschrift der Universität Salzburg (G. Wacha)	357

Helmuth Feigl, Die niederösterreichische Grundherrschaft (F. Wilflingseder)	359
Die Salzburger Lehen in Kärnten bis 1520, hgg. von Gotbert Moro (G. Heilingsetzer)	360
Josef Polišenský, Der Krieg und die Gesellschaft in Europa 1618 bis 1648 (H. Hageneder)	361
Kathrin Bierther, Der Regensburger Reichstag von 1640/41 (H. Hageneder)	362
Louis Carlen, Das Recht der Hirten (O. Hageneder)	363
Othmar Hageneder, Die geistliche Gerichtsbarkeit in Ober- und Niederösterreich (K. Rehberger)	363
Codex diplomaticus et epistolaris regni Bohemiae. Tomus IV (A. Zauner)	365
Ernst Guldán, Wolfgang Andreas Heindl (A. Zauner)	366
Willibrord Neumüller, Sie gaben Zeugnis (A. Zauner)	367
Franz Huter, Rudolf der Stifter und die Tiroler Städte (A. Zauner)	368
Otto Mutzbauer, Die Urkunden des Archivs der Grafen Tattenbach (A. Zauner)	369
Wolfgang Hilger, Ikonographie Kaiser Ferdinands I. (A. Zauner)	369
Stadtbuch Kitzbühel (A. Zauner)	370
Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung 76 (A. Zauner)	373
Deutsches Zentralarchiv 1946 bis 1971 (A. Zauner)	374
Stadt und Stadtherr im 14. Jahrhundert (A. Zauner)	374
Josef Honeder, Johann Nepomuk Hauser (H. Slapnicka)	375
Gerhard Botz, Die Eingliederung Österreichs in das Deutsche Reich (H. Slapnicka)	376
Elisabeth Kovács, Gottfried Roth, Anselm Ricker und seine Pastoralpsychiatrie 1824–1902/03 (H. Slapnicka)	377
Monika Glettler, Sokol und Arbeiterturnverein der Wiener Tschechen bis 1914 (H. Slapnicka)	378

IV. Eröffnung der Ausstellung „Oberösterreich in der Geschichte“

1. Begrüßung der Anwesenden durch Hon.-Prof. W. Hofrat Dr. Hans Sturmberger, Direktor des OÖ. Landesarchivs	379
2. Univ.-Doz. Oberarchivrat Dr. Othmar Hageneder: Die Ausstellung „Oberösterreich in der Geschichte“	383
3. Univ.-Prof. Dr. Adam Wandruszka: Archive und Geschichts- wissenschaft	386
4. Eröffnung der Ausstellung durch Herrn Landeshauptmann- Stellvertreter Gerhard Possart	390

96.

1481 August 17, St. Florian.

Prosper Cafarelli, Bischof von Ascoli Piceno, verleiht allen denen, welche die Allerheiligenkapelle im Stift St. Florian besuchen und für die bei der Stiftskirche Bestatteten beten, einen Ablass.

Abschr.: 15. Jh. Hs. fol. 25^{rb}—25^{va}.

Prosper de Cafarellis de Roma dei et apostolice sedis gracia episcopus et princeps Asculanus¹, legatus, nuntius et orator apostolicus, universis et singulis Christi fidelibus presentes nostras litteras visuris pariter et auditoris salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementia ipsius maiestatis sperantium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas, divine providentie pietas, que ineffabili misericordia sua delinquentium culpas et errata tolerat, dum que per fragilitatem aut maliciam commiserit peccata, per penitenciam et caritatis opera corrigunt atque in melius eorum vitam reformant, cum per os spiritus sancti dictum sit „nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat“² nos admonet, ut quantum cum deo valemus Chr(ist)i fidelium devocionem spiritualibus donis accendamus, ut per actiones pietatis eterne salutis gratiam consequantur. Cupientes igitur, ut capella in honorem omnium sanctorum in ambitu monasterii sancti Floriani Patau(n)ensis dyocesis constructa in serviciis divinis conservetur, et ut Chr(ist)i fideles eo libentius cum devocione congrua eandem visitent et frequentent, quo ex hoc ibidem celestis dono gratie spiritualis se uberius conspexerint fore refectos, reverendi in Chr(ist)o patris nobis dilecti Caspari dicti monasterii prepositi super hoc devotis supplicationibus inclinati de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis Chr(ist)i fidelibus vere penitentibus et confessis utriusque sexus, qui eandem capellam fideliter et devote a primis vespers usque ad secundas vespas inclusive in sancti Thome apostoli, sancti Floriani martyris, sancti Stanislai martyris, sancti Augustini episcopi, ac dominica qua cantatur in ecclesia dei „jubilate deo“, festo omnium sanctorum ac dedicacionis eiusdem capelle festivitibus annuatim visitaverint et ibidem quinquies dominicam oracionem dixerint pro pace universali christiane religionis, pro qualibet dictarum festivitatum die, quibus hoc fecerint, XL dies indulgenciarum^a de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus. Et ut dictum monasterium uberiori gracia decoremus, omnibus et singulis Chr(ist)i fidelibus prefatis, qui singulis diebus pro salute omnium defunctorum in cimiteriis aut capellis sepulcorum ibidem psalmum „De profundis“ seu bis „Pater noster“ cum salutacione angelica devote dixerint, totiens quociens id fecerint, XL dies indulgenciarum pro qualibet vice more solito indulgemus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras fieri nostrique rotundi

sigilli iussimus appensione muniri. Datum in monasterio sancti Floriani sub a nativitate domini M^oCCCC^oLXXXI die decimaseptima mensis augusti pontificatus sanctissimi in Chr(ist)o patris et domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti anno undecimo.

^a Folgt gestrichen pro qualibet vice more solito indulgemus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

¹ Ascoli Piceno, Mittelitalien, immediat. E u b e l, Hierarchia 2, 96.

² Ez. 33, 11.

97.

1485 September 2, Enns.

Weihbischof Andreas von Passau bezeugt, am Vortag den rechten Seitenaltar der Filialkirche von Kurzenkirchen zu Ehren der hll. Sebastian und Georg geweiht zu haben, und verleiht einen Ablass.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1485 September 2 (2), nördl. Perg. 26,5 cm br. × 20 cm h., Plica 4,5 cm, Rückvermerk 15. Jh. Ad s. Laurencium in Khurzknkirchen, Siegel des Ausstellers, an Pergstr., Schale aus naturfarbenem Wachs, Dm. 5,5 cm, Abdruck in rotem Wachs, Dm. 4 cm, nur mehr ein Drittel erhalten.

Abshr.: 15. Jh. Hs. fol. 25^oa–b.

Nos Andreas dei et apostolice sedis gracia episcopus Constant(iensis), decretorum doctor, suffraganeus auctoritate apostolica Patau(en)sis atque in pontificalibus veri et legitimi capituli eiusdem vicarius generalis etc. universis et singulis Chr(ist)i fidelibus presentes nostras litteras inspecturis, visuris, pariter et auditoris salutem in domino sempiternam. Notum facimus, quod anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, die vero iovis videlicet in die sancti Egidii^a, que fuit prima mensis septembris eiusdem anni, consecracionem altaris in dextro latere siti in filiali ecclesia sancti Laurencii in Kurzenkirchen parochialis ecclesie monasterii^b sancti Floriani Pat(au)ensis dyocesis peregrinus ac perfecimus, in honore sanctorum Sebastiani et Georgii martyrum et patronorum dedicavimus ac solemniter consecravimus. Dedicacionem vero pretacti altaris singulis annis perpetue celebrandum presencium tenore transferimus ac transtulimus dominica proxima post octavas sancti Sebastiani festum. Cupientes igitur, ut prefatum altare congruis frequentetur honoribus, ac Chr(ist)i fideles devotionis causa eo libencius confluant ad prenomiatum altare seque uberioris dono gracie sentiant esse refectos, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis vere penitentibus, qui altare sepepredictum in nativitatis, circumcisionis, epiphaniarum, resurrectionis, ascensionis, penthecostes, trinitatis, corporis Christi et beatorum Petri et Pauli apostolorum ac omnium necnon singulis beate et gloriose Marie virginis festivitatis ac omnium sanctorum, dedicacionis festivitatis et in diebus patronorum predictorum devote visitaverint, seu qui ad reparacionem, calicum, librorum ac aliorum ornamentorum inibi pro divino cultu necessariorum quocienscumque manus suas porrexerint adiutrices,

quadraginta dies criminalium et octuaginta venialium de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis harum testimonio litterarum sigillo nostro pontificali sub appensione munitarum. Datum in oppido Anoso anno quibus supra, die vero veneris, que fuit secunda mensis septembris. In^c eodem altari sunt infrascripte reliquie recondite: De sancta cruce, de lapide in quo stetit Christus quando ascendit in celum, de sancta Maria virgine^e, de beatis martyribus Floriano, Sebastiano, Fabiano, Georio, Vito, Steffano, Laurentio, Abdon et Senne^d, item de sanctis confessoribus Augustino, Nicolao, Udalrico, Martino, Bernhardino, item de sanctis virginibus Chunegunde et undecim milibus virginibus^c.

^a Im Orig. Egidi.

^b In Hs. monasterii nach Floriani geschrieben, durch Verweisungszeichen die richtige Ordnung hergestellt.

^c Von In bis virginibus nur in Hs.

^d In Hs. Snne.

^e In Hs. virginis.

¹ Andreas Weinmair 1477–1490. Ludwig Heinrich Krick, *Das ehemalige Domstift Passau und die ehem. Kollegiatstifte des Bistums Passau* (Passau 1922) 208 Nr. 29. Andreas ist weder bei Gams, *Series episcoporum*, noch bei Eubel, *Hierarchia unter den Bischöfen von Konstanz oder Coutances* angeführt, die ohne ihn eine geschlossene Reihe ergeben. Eubel führt ihn auch bei den Passauer Weihbischöfen nicht an.

98.

1487 März 24.

Bischof Albert von Salona, Weihbischof von Passau, weihet einen Altar zu Ehren des hl. Sebastian in der Stiftskirche St. Florian.

Abschr.: 15. Jh. Hs. fol. 27^r.

Nach der Überschrift wurde dieser Altar auch als Dreifaltigkeitsaltar bezeichnet. Da er sich früher im Chor befand, ist anzunehmen, daß er zum Zeitpunkt der Weihe im Schiff der Stiftskirche aufgestellt war. Ein Sebastianaltar ist im Chor nicht bezeugt.

Anno^a ab incarnatione domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, die vero lune, qui erat vigesimaquarta mensis marcii, dedicatum est hoc altare a reverendo in Christo patre et domino, domino Adalberto episcopo Salonen(sis) ecclesie¹ in honore sancte et individue trinitatis, victoriosissime sancte crucis et gloriosissime dei genitricis virginis Marie specialiter in honore beatissimi martiris sancti Sebastiani. Continentur vero in ipso altari reliquie infrascripte recondite et sepulte, videlicet: De ligno sancte crucis, de lapide super quo ascendit Christus in celum, de lapide Calvarie in quo predicavit Christus „Beatus venter“², de lapide super quem Christus docuit discipulos suos „Pater noster“, de beata virgine, de oleo sancte Marie, de veste sancte Marie, de sepultura eius^b lapis, de mannula sancti Andree apostoli, Johannis et Pauli, Steffani martyris, Achacii martyris, Abdon et Senne, Floriani, Viti, Jeorii, Sigismundi et Vincencii martirum, Nicolai^c, Martini, Jeronimi, Vdalrici et Bernhardini

confessorum, undecim milium virginum, Dorothee, Chunegundis et Margarethe virginum etc.

^a Überschrift in roter Tinte De altari sancte trinitatis ante in choro consecratio.

^b Folgt sci gestrichen.

^c In Hs. Nicolaii.

¹ Albert Schönhofer, Rektor der Pfarrkirche St. Stephan in Triftern, Weihbischof 1473–1489, Salona, Griechenland, Suffr. v. Athen. Eubel, Hierarchia 2, 228 u. 279.

² Lukas 11, 27. Hier Beginn des Ausrufes einer Frau aus der Menge, die von der Rede Jesu beeindruckt ist.

99.

1487 Mai 30, Rom.

Fünf Kardinäle verleihen der Kapelle der vierzehn Nothelfer im Stift St. Florian einen Ablass.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1487 Mai 30 (6), südl. Perg. 63,5 cm br. × 43,5 cm h., Plica 9,5 cm, 5 Siegel der Aussteller an Hanfschnüren, Blechkapseln, Schalen aus naturfarbenem Wachs, Abdrücke in rotem Wachs 1. des Kardinalbischofs Oliviero Carafa 5,4 cm br. × 10 cm h., 2. des Kardinalbischofs Jean Baluc 6,5 cm br. × 10,5 cm h., 3. des Kardinalpriesters Domenico della Rovere 6,4 cm br. × 10 cm h., nur mehr Fragmente, 4. des Kardinaldiakons Giambattista Orsini 5,5 cm br. × 9 cm h., 5. des Kardinaldiakons Raffaello Sansoni-Riario 6,5 cm br. × 11 cm h.

Abschr.: 15. Jh. Hs. fol. 26^r–26^v.

✠ Oliuerius^a ✠ Sabinen(sis)¹, Johannes Albanen(sis)² episcopi, Dominicus tituli sancti Clementis presbiter³, Baptista sancte Marie in Dompnica⁴ et Raphael sancti Georgii ad velum aureum⁵ diaconi miseratione divina sacrosancte Roman(e) ecclesie cardinales universis et singulis Chr(ist)i fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperantium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas piis sanctorum precibus et meritis adiuuatur. Cupientes igitur, ut capella sub vocabulo sanctorum quatuordecim martirum auxiliatorum nuncupatorium situata in monasterio sancti Floriani ordinis sancti Augustini Patauini(sis) diocesis, ad quam, sicut accepimus, dilectus nobis in Ch(rist)o prepositus modernus⁶ eiusdem monasterii singularem gerit devocionem, congruis frequentetur honoribus et a Ch(rist)i fidelibus iugiter veneretur necnon in suis structuris et edificiis debite reparetur, conservetur et manuteneatur librisque, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis ac rebus aliis pro divino cultu necessariis decenter muniatur, utque Chr(ist)i fideles ipsi eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad reparationem, conservationem, manutentionem ac munionem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos, pro parte dicti prioris^b super hoc humiliter porrectis supplicationibus inclinati nos cardinales prefati videlicet quilibet nostrum de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis Ch(rist)i fidelibus utriusque sexus

vere penitentibus et confessis, qui dictam capellam in sancti Viti, sancti Cristofori, sancti Dionisii, sancti Ciriaci et ipsius capelle dedicationis festivitatum diebus a primis vespers usque ad secundas vespers inclusive devote visitaverint annuatim et ad premissa manus porrexerint adiutrices, ut prefertur, pro singulis festivitatum diebus predictis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem premissorum literas nostras huiusmodi fieri nostrorumque solitorum sigillorum iussimus appensione muniri. Datum Rome in domibus nostris sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, die vero tricesima mensis maii pontificatus sanctissimi in Chr(ist)o patris et domini nostri, domini Innocencii divina providencia pape octavi anno tercio.

Recto:

Rechts auf der Plica, Hand des Schreibers: N. Generis.

Verso:

Mitte: F. de San Lucar.

Links unten: Oliuerius Sabinen(sis) episcopus, Johannes Albanen(sis) episcopus, Dominicus tituli sancti Clementis presbiter, Baptista sancte Marie dyaconus, Raphael sancti Georgi ad velum aureum cardinales^c, rechts unterhalb davon: dedicationis, Viti, Cristoffori, Dyonisi, Ciriaci.

^a Darüber in roter Tinte die Überschrift: Alia bulla indulgentiarum ad dictam capellam.

^b In Hs. predicti prepositi.

^c Die Kardinäle sind untereinander geschrieben, rechts davon nach Klammer cardinales.

¹ Oliviero Carafa. Vgl. Nr. 87 Anm. 2.

² Joannes (Jean) Balue (Andegavensis), Apost. Proton., Bischof v. Evreux Suffr. v. Rouen 1465 Mai 2, v. Angers Suffr. v. Tours 1467 Juni 5, Kardinalpriester tit. s. Susannae 1467 September 18, Kardinalbischof v. Albano 1483 Jänner 31, v. Palestrina 1491 März 14, gest. 1491 März 14. E u b e l, Hierarchia 2, 15 Nr. 6, 59 f., 60, 65, 87, 148; LThK 1 (1957) 1214.

³ Dominicus de Ruvere (Domenico della Rovere) (Tarentasiensis seu s. Clementis), Cubicul. S. P., Bischof v. Corneto, Mittelitalien, immediat 1478 August 24, Erzbischof v. Tarentaise 1479 Februar 11, Bischof v. Genf, Suffr. v. Vienne 1482 Juli 19, v. Turin, Suffr. v. Mailand 1482 Juli 24, Kardinalpriester tit. s. Vitalis 1478 Februar 10, tit. s. Clementis 1479 August 13, gest. 1501 April 22. E u b e l, Hierarchia 2, 18 Nr. 23, 62, 65, 138, 158, 247, 345; LThK 9 (Freiburg 1964) 77.

⁴ Joannes Baptista de Ursinis (Giambattista Orsini) (de Ursinis), Apostl. Protonotar, Kardinaldiakon tit. s. Mariae in Domnica 1483 November 12, tit. s. Mariae novae nach 1487 Mai 30, Kardinalpriester tit. s. Joannis et Pauli 1493 Februar 27, gest. 1503 Februar 22. Nach E u b e l, Hierarchia 2, 67, soll er die Titelkirche S. Maria nova schon um 1484 erhalten haben. E u b e l, Hierarchia 2, 19 Nr. 33, 63, 67; LThK 7 (Freiburg 1962) 1243.

⁵ Raphael (Sansonus) Riario (Raffaello Sansoni-Riario) (S. Georgii) Apostol. Proton. Administrator des Bistums Viterbo, immediat 1498 August 24, Arezzo, immediat 1508 Juli 7, Savona, Suffr. v. Genua 1511 Dezember 5, des Erzbistums Pisa, Mittelitalien, 1518 September 3, Kardinaldiakon tit. s. Georgii ad velum aureum 1477 Dezember 10, E u b e l, Hierarchia 3, 64, vermutet, er sei schon 1480 Mai 5 Kardinalpriester tit. s. Laurentii in Damaso geworden, was nach dieser Urkunde nicht möglich sein kann. Kardinalbischof v. Albano 1503 November 29. Dieses Bistum verbunden

mit dem Amt des Vizekanzlers behielt er bis 1517 Juni 22. Kardinalbischof v. Sabina 1507 September 17, v. Porto 1508 September 22, v. Ostia 1511 Jänner 20, gest. 1521 Juli 9. Eubel, *Hierarchia* 2, 18 Nr. 22, 66, 269; 3, 3 Nr. 6, 64, 116, 274, 291; LThK. 8 (Freiburg 1962) 1281.

⁶ Leonhard Risenschmid 1483–1508.

100.

1487 Mai 30, Rom.

Fünf Kardinäle verleihen der Kapelle der vierzehn Nothelfer im Stift St. Florian einen Ablass.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1487 Mai 30 (7), südl. Perg. 68,5 cm br. × 39 cm h., Plica 10 cm, 5 Siegel der Aussteller, an Hanfschnüren, in Blechkapseln, Schalen aus naturfarbenem Wachs, Abdrücke in rotem Wachs 1. des Kardinalbischofs Oliviero Carafa 5,4 cm br. × 10 cm h., 2. des Kardinalbischofs Jean Balue 6,5 cm br. × 10,5 cm h., rechts 3 × 1 cm weggebrochen, 3. des Kardinalpriesters Domenico della Rovere 6,4 cm br. × 10 cm h., 4. des Kardinaldiakons Raffaello Sansoni-Riario 6,5 cm br. × 11 cm h., 5. des Kardinaldiakons Giambattista Orsini 5,5 cm br. × 9 cm h.

Abschr.: 15. Jh. Hs. fol. 26^v.

✠ Oliverius^a ✠ Sabinen(sis)¹, Johannes Albanen(sis)² episcopis, Dominicus tituli sancti Clementis³, Raphael sancti Georgii ad velum aureum⁴ et Baptista sancte Marie in Dompnica⁵ diaconi miseratione divina sacrosancte Romane ecclesie cardinales universis et singulis Chr(ist)i fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperantium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas piis sanctorum precibus et meritis adiuvatur. Cupientes igitur, ut capella sub vocabulo quatuordecim sanctorum martirum auxiliatorum nuncupatorum situata in monasterio sancti Floriani ordinis sancti Augustini Patauini diocesis ad quam, sicut accepimus, dilectus nobis in Chr(ist)o prepositus modernus dicti monasterii⁶ singularem gerit devocionem congruis frequentetur honoribus et a Chr(ist)i fidelibus iugiter veneretur necnon in suis structuris et edificiis debite reparetur, conservetur et manuteneatur librisque, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis ac rebus aliis pro divino cultu necessariis decenter muniatur, utque Chr(ist)i fideles ipsi eo libencius causa devocionis confluant ad eandem et ad reparacionem, conservacionem, manutencionem ac municionem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos, pro parte dicti prepositi super hoc humiliter porrectis supplicationibus inclinati nos cardinales prefati videlicet quilibet nostrum de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis Chr(ist)i fidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in sancti Georgii, sancti Blasii, sancti Erasmi, sancti Panthaleonis et ipsius capelle dedicacionis festivitatum diebus a primis vespers usque ad secundas vespers inclusive devote visitaverint annuatim et ad premissa manus porrexerint adiutrices,

ut prefertur, pro singulis festivitatum diebus predictis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem premissorum litteras nostras huiusmodi fieri nostrorumque solitorum sigillorum iussimus appensione muniri. Datum Rome in domibus nostris sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo die vero tricesima mensis maii pontificatus sanctissimi in Chr(ist)o patris et domini nostri, domini Innocencii divina providentia pape octavi anno tercio.

Recto:

Links auf der Plica von der Hand des Schreibers: N. Generis.

Verso:

Mitte: F. de San Lucar.

Links am Rand: Oliuerius Sabinen(sis) episcopus / Johannes Albanen(sis) episcopus / Dominicus tituli sancti Clementis presbiter / Babtista sancte Marie in Domnica dyaconus / Raphael sancti Georgi dyaconus cardinales^b.
Rechts unterhalb davon: Dedicationis, Blasi / Georgi / Erasmi / Panthaleonis.

^a *Darüber in roter Tinte die Überschrift:* Alia bulla indulgenciarum ad dictam capellam.

^b *Die Kardinäle sind untereinander geschrieben, rechts davon nach Klammer cardinales.*

¹ Oliviero Carafa. Vgl. Nr. 87 Anm. 2.

² Jean Balue. Vgl. Nr. 99 Anm. 2.

³ Domenico della Rovere. Vgl. Nr. 99 Anm. 3.

⁴ Raffaello Sansoni-Riario. Vgl. Nr. 99 Anm. 5.

⁵ Giambattista Orsini. Vgl. Nr. 99 Anm. 4.

⁶ Leonhard Risenschmid 1483–1508.

101.

1487 Mai 31, Rom.

Fünf Kardinäle verleihen der Kapelle der vierzehn Nothelfer im Stift St. Florian einen Ablass.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1487 Mai 31 (8), südl. Perg. 64 cm br. × 37 cm h., Plica 8 cm, 5 Siegel der Aussteller, an Hanfschnüren, in Blechkapseln, Schalen aus naturfarbenem Wachs, Abdrücke in rotem Wachs 1. des Kardinalbischofs Oliviero Carafa 5,4 cm br. × 10 cm h., 2. des Kardinalbischofs Jean Balue 6,5 cm br. × 10,5 cm h., nur mehr die Hälfte vorhanden, 3. des Kardinalpriesters Domenico della Rovere 6,4 cm br. × 10 cm h., nur mehr Rest 2 cm br. × 5,5 cm h., 4. des Kardinaldiakons Giambattista Orsini 5,5 cm br. × 9 cm h., 5. des Kardinaldiakons Raffaello Sansoni-Riario, nur mehr Blechkapsel.

Abschr.: 15. Jh. fol. 26^v–27^r.

✕ Oliverius^a ✕ Sabinen(sis)¹, Johannes Albanen(sis)², episcopis, Dominicus tituli sancti Clementis presbiter³, Baptista sancte Marie in Dompnica⁴ et Raphael sancti Georgii ad Velum aureum⁵ diaconi miseratione divina sacrosancte Romane ecclesie cardinales universis et singulis Chr(ist)i fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Deum placare credimus et in celis habere propiciam, cum mentes Chr(ist)i fidelium ad pia caritatis opera debitis exhortacionibus invitamus. Cupientes igitur, ut capella sub vocabulo sanctorum quatuordecim^b martirum

auxiliatorum nuncupatorum situata in monasterio sancti Floriani ordinis sancti Augustini Patauien(sis) diocesis ad quam sicut accepimus dilectus nobis in Chr(ist)o prepositus modernus⁶ dicti monasterii singularem gerit devocionem congruis frequentetur honoribus et a Chr(ist)i fidelibus iugiter veneretur necnon in suis structuris et edificiis debite reparetur, conservetur et manuteneatur necnon libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis ac rebus aliis pro divino cultu necessariis decenter muniatur, utque Christi fideles ipsi eo libencius causa devocionis confluant ad eandem et ad reparacionem, conservacionem, manutencionem ac munionem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos, pro parte dicti prepositi super hoc humiliter porrectis supplicationibus inclinati, nos cardinales prefati videlicet quilibet nostrum de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis Chr(ist)i fidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui dictam capellam in sancti Achacii, sancti Eustachii, sancti Egidii abatis, sancte Margarete et ipsius capelle dedicacionis festivitatum diebus a primis vespers usque ad secundas vespers inclusive devote visitaverint annuatim et ad premissa manus porrexerint adiutrices, ut prefertur, pro singulis festivitatum diebus predictis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis nostras huiusmodi fieri nostrorumque solitorum sigillorum iussimus appensione muniri. Datum Rome in domibus nostris sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, die vero tricesimaprima mensis maii pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocencii divina providencia pape octavi anno tercio.

Recto:

Links auf der Plica, von der Hand des Schreibers: N. Generis.

Verso:

Mitte: F. de San Lucar.

Rechts am Rand: Oliuerius Sabinen(sis) episcopus / Johannes Albinen(sis) episcopus / Dominicus dyaconus / Baptista dyaconus / Raphael dyaconus cardinales^c. *Rechts unterhalb davon:* dedicacionis, Achacii / Eustachii / Egidii / Margarethe virginis.

^a In Hs. darüber in roter Tinte die Überschrift: Alia bulla inculgenciarum ad dictam cappellam.

^b In Hs. quatuordecim sanctorum.

^c Die Kardinäle sind untereinander geschrieben, rechts davon nach Klammer cardinales.

¹ Oliviero Carafa. Vgl. Nr. 87 Anm. 2.

² Jean Balue. Vgl. Nr. 99 Anm. 2.

³ Domenico della Rovere. Vgl. Nr. 99 Anm. 3.

⁴ Giambattista Orsini. Vgl. Nr. 99 Anm. 4.

⁵ Raffaello Sansoni-Riario. Vgl. Nr. 99 Anm. 5.

⁶ Leonhard Risenschmid 1483–1508.

102.

1487 Juni 1, Rom.

Fünf Kardinäle verleihen der Kapelle der vierzehn Nothelfer im Stift St. Florian einen Ablass.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1487 Juni 1 (9), nördl. Perg., 63,5 cm br. × 41,5 cm h., Plica 8,5 cm, 5 Siegel der Aussteller, an Hanfschnüren, in Blechkapseln, Schalen aus naturfarbenem Wachs, Abdrücke in rotem Wachs 1. des Kardinalbischofs Oliviero Carafa 5,4 cm br. × 10 cm h., unterer Teil weggebrochen, 2. des Kardinalpriesters Paolo Fregoso, nur Blechkapsel, 3. des Kardinalpriesters Joannes Jacobus Sclafenatus 6,5 cm br. × 10 cm h., 4. des Kardinaldiakons Raffaello Sansoni-Riario 6,5 cm br. × 10,5 cm h., 5. des Kardinaldiakons Francesco de' Piccolomini Todeschini 6,5 cm br. × 10 cm h.

Abschr.: 15. Jh. Hs. fol. 26r.

Johannes^a Albanen(sis) episcopus¹, Paulus tituli sancti Sixti², Johannes Jacobus tituli sancti Stephani in Celio monte presbiteri³, Raphael sancti Georgii ad velum aureum⁴ et Franciscus sancti Eustachii⁵ diaconi miseratione divina sacrosancte Romane ecclesie cardinales universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Quanto frequencius fidelium mentes ad opera devocionis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti providemus. Cupientes igitur, ut capella sub vocabulo sanctorum quatuordecim martirum auxiliatorum nuncupatorum situata in monasterio sancti Floriani ordinis sancti Augustini Patauini(sis) diocesis, ad quam sicut accepimus dilectus nobis in Chr(ist)o prepositus modernus⁶ dicti monasterii singularem gerit devocionem, congruis frequentetur honoribus et a Chr(ist)i fidelibus iugiter veneretur necnon in suis structuris et edificiis debite reparetur, conservetur et manuteneatur librisque, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis ac rebus aliis pro divino cultu necessariis decenter muniatur, utque Chr(ist)i fideles ipsi eo libencius causa devocionis confluant ad eandem et ad reparacionem, conservacionem, manutencionem ac municionem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos pro parte dicti prepositi super hoc humiliter porrectis supplicationibus inclinati, nos cardinales prefati videlicet quilibet nostrum de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis Chr(ist)i fidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui dictam capellam in assumptionis beate Marie virginis, sancte Tecele virginis, sancte Barbare, sancte Catherine virginum et martirum et ipsius capelle dedicacionis festivitatum diebus a primis vespers usque ad secundas vespers inclusive devote visitaverint annuatim et ad premissa manus porrexerint adiutrices, ut prefertur, pro singulis festivitatum diebus predictis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem premissorum litteras nostras huiusmodi fieri nostrorumque solitorum sigillorum iussimus appensione muniri. Datum Rome in domibus nostris

sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, die vero prima mensis iunii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii divina providentia pape octavi anno tertio.

Recto:

Links auf der Plica, Hand des Schreibers: N. Generis.

Verso:

Mitte: F. de San Lucar.

Links am Rand: Johannes Albanen(sis) episcopus / Paulus tituli sancti Sixti prebiter / Johannes Jacobus ituli sancti Stefani presbiter / Raphael sancti Georgi diyaconus / Franciscus sancti Eustachi dyaconus cardinales^b. *Rechts unterhalb davon:* dedicacionis cappelle / assumptionis Marie virginis / Katherine virginis / Barbare virginis / Tecle virginis.

^a In Hs. darüber in roter Tinte die Überschrift: Sequuntur bulle indulgenciarum ad dictam cappellam.

^b Die Kardinäle sind untereinander geschrieben, rechts davon nach Klammer cardinales.

¹ Jean Balue. Vgl. Nr. 99 Anm. 2.

² Paulus de Campofrigoso (Paolo Fregoso), (Januensis), Apost. Proton., Erzbischof v. Genua 1453 Februar 7, Kardinalpriester tit. s. Anastasiae 1480 Mai 15, tit. s. Sixti nach Eu b e l, Hierarchia 2, 61 u. 65 circa 1489 oder 1490, wie diese Urkunde zeigt jedoch vor 1487 Juni 1, gest. 1498 April 22. Eu b e l, Hierarchia 2, 19 Nr. 24, 61, 65, 167.

³ Johannes Jacobus Sclafenatus (Giovanni Jacobo Sclafenati) (Parmensis), Cubicul. S. P., Bischof von Parma, Suffr. v. Ravenna 1482 September 1, Kardinalpriester tit. s. Stephani in Coelio monte 1483 November 15, tit. s. Caeciliae 1484 November 17, gest. 1497 Dezember. Eu b e l, Hierarchia 2, 19 Nr. 32, 62, 65, 213.

⁴ Raffaello Sansoni-Riario. Vgl. Nr. 99 Anm. 5.

⁵ Francesco de' Piccolomini Todeschini. Vgl. Nr. 82 Anm. 8.

⁶ Leonhard Risenschmid 1483–1508.

103.

1488 Jänner 15.

Bischof Friedrich von Passau verleiht der Kirche St. Michael in der Wachau und der Bruderschaft der Christgläubigen dieser Pfarre einen Ablass.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1488 Jänner 15 (1), nördl. Perg. 34,5 cm br. × 16,5 cm h., Plica 4,5 cm, Rückvermerk 15. Jh. „De profundis“ ante carnarium omni dominica die et laicus dicit „Pater noster“, „Ave Maria“ cum simbolo XL^{ta} dies episcopus Pat(auiensis) Fridericus comes in Oetinge, Siegel des Ausstellers, an Pergstr., Schale aus naturfarbenem Wachs, Dm. 5,5 cm, Abdruck in rotem Wachs, Dm. 3,5 cm.

Fridericus dei gracia postulatus et confirmatus Patauien(sis), comes in Oting¹, universis et singulis Chr(ist)i fidelibus sincero corde deum colentibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino sempiternam. Quoniam animarum salutem tunc effective procurare credimus, dum fidelium mentes ad exercendum pietatis opera et devocionis studia muneribus allectivis fervencius invitamus. Cupientes igitur ecclesiam sancti Michaelis in Wochaw nostre diocesis atque zecham sew

fraternitatem Chr(ist)i fidelium ibidem, in qua non mediocris cultus divinus maxime pro defunctorum Chr(ist)i fidelium animarum sublevamine tempore, quo sacerdotes et clerici processionaliter in cimiterio eiusdem ecclesie psalmum „De profundis“² cum suo versiculo decantant, peragitur, congruis frequentari honoribus ampliorique devocione venerari, atque fideles Chr(ist)i eo libencius devocionis causa confluere ad easdem, omnibus et singulis Chr(ist)i fidelibus utriusque sexus hominibus vere penitentibus, confessis et contritis, qui processioni huiusmodi interfuerint et psalmum predictum „De profundis“ cum collecta pro animabus vel si laici fuerint unum „Pater noster“ cum angelica salutacione et symbolo apostolorum oraverint aut pro ipsius fraternitatis cultusque divini eiusdem conservacione manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi quadraginta dies indulgencie mortalium et octuaginta venialium de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis temporibus duraturis. Datum sub nostro appenso sigillo die quintadecima mensis ianuarii anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo.

¹ Friedrich II., Graf von Öttingen 1486–1490. E u b e l, Hierarchia 2, 213.

² Ps. 129.

104.

1488 Juli 24.

Bischof Albert von Salona, Weihbischof von Passau, weiht die Kapelle der vierzehn Nothelfer im Stift St. Florian und verleiht ihr einen Ablass.

a) Weiheurkunde.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1488 Juli 24 (8), nördl. Perg. 36 cm br. × 19,5 cm h., Plica 8 cm, Rückvermerk 15. Jh. Indulgencie domini Alberti suffraganei pro capella quatuordecim auxiliatorum, Siegel des Ausstellers, an Pergstr., Schale in naturfarbenem Wachs, Dm. 7 cm, Abdruck in rotem Wachs, Dm. 4,5 cm.

Albertus dei et apostolice sedis gracia episcopus Salonen(sis)¹ ac reverendissimi in Ch(rist)o patris et domini, domini Friderici postulati et confirmati Patauien(sis)² in pontificalibus cooperatur universis et singulis has nostras litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Noveritis, quod anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo octavo die iovis vigesima quarta mensis iulii capellam sitam in sinistro latere monasterii sancti Floriani ad sanctum Florianum Patauien(sis) diocesis in honore sanctorum quatuordecim auxiliatorum de speciali commissione et voluntate reverendissimi domini Patauien(sis) iuxta formam sancte matris ecclesie spiritus sancti gracia nobis cooperante rite et legitime consecravimus, dedicacionem eiusdem capelle dominica proxima post festum sancti Mathei singulis annis perpetuis futuris temporibus celebrandam matura deliberacione prehabita concedentes et instituentes. Et ut ipsa capella congruis frequentetur honoribus ampliorique devocione veneretur, ac fideles Ch(rist)i eo libencius devocionis causa confluant ad eandem, quo ibidem dono celestis gracia

uberius sese conspexerint esse refectos, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis vere penitentibus et confessis, qui dictam capellam in nativitatibus, resurrectionis et ascensionis domini nostri Je(s)u Chr(ist)i et penthecostes ac singulis gloriose virginis Marie omnium sanctorum et corporis Chr(ist)i necnon ipsius capelle patrociniarum et dedicacionis festivitatibus devote visitaverint et ad reparacionem ac conservacionem eiusdem necnon calicum, librorum et aliorum ornamentorum pro divino cultu inibi necessariorum manus suas porrexerint adiutrices, de quolibet festorum predictorum quadraginta dies criminalium et octuaginta venialium peccatorum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus futuris perpetuis temporibus duraturis. In quorum fidem et testimonium presentes litteras fieri nostrique sigilli pontificalis iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum anno die et loco prenotatis.

b) Weihenotiz und Reliquienverzeichnis.

Abschr.: 15. Jh. Hs. fol 26^r von Anno bis relaxavit, fol. 27^r von Continentur bis instituit.

Anno^a ab incarnatione domini millesimo quadrigentesimo octuagesimo octavo die iovis vigesimaquarta mensis iulii dedicata est hec capella una cum altari suo a reverendo in Christo patre et domino, domino Adalberto ecclesie Salonensis episcopo¹ in honore sancte et individue trinitatis, victoriosissime sancte crucis et gloriosissime dei genitricis virginis Marie, specialiter in honore sanctorum quatuordecim auxiliatorum, qui omnibus et singulis vere penitentibus et confessis, qui dictam capellam in nativitatibus, resurrectionis, ascensionis domini nostri Jesu Christi et penthecostes ac singulis gloriose virginis Marie, omnium sanctorum et corporis Christi necnon ipsius capelle patrociniarum et dedicacionis festivitatibus devote visitaverint et manus adiutrices porrexerint, de quolibet festorum predictorum quadraginta dies criminalium et LXXX venialium peccatorum misericorditer in domini relaxavit.

Continentur^b vero in capella in ipso altari reliquie infrascripte recondite et sepulte: De ligno domini, de loco Caluarie ubi predicavit Christus, de lapide ubi stetit Christus quando discipulos docuit „Pater noster“, sancte Marie virginis, Pauli, Bartholomei apostolorum, quatuordecim auxiliatorum videlicet Georii, Blasii, Erasmi, Panthaleonis, Viti, Cristoffori, Dyonisy, Ciriaci^c, Achacii, Eustachii, Egidii, Magni, Katherine, Margarethe et Barbare; item sanctorum Steffani, Laurencii, quadraginta martirum, Johannis et Pauli, Cholomani, Vincencii, Theodori, Cosme et Damiani martirum; sanctorum Vdalrici, Martini, Bernhardini, Dominici, Rudperti confessorum; sanctarum Dorothee, Chunegundis, undecim milium virginum, item de lapide ubi stetit Christus quando celos ascendit, item de sepulchro domini, item Jacobi apostoli et Luce ewangeliste. Dedicacionem eiusdem capelle reverendus in Christo pater et dominus supradictus,

dominus Adalbertus episcopus Salonens(is)¹ dominica proxima post festum sancti Mathei singulis annis celebrandam instituit.

^a In Hs. in roter Tinte die Überschrift Consecratio capelle ad 14 auxiliares.

^b In Hs. darüber in roter Tinte die Überschrift Continentur vero in cappella quatuordecim auxiliatorum in ipso altare hee reliquie infrascripte.

^c In Hs. Ciriicii.

¹ Albert Schönhofer, Rektor der Pfarrkirche St. Stephan in Triftern, Weihbischof 1473–1489, Salona, Griechenland, Suffr. v. Athen. E u b e l, Hierarchia 2, 228 u. 279.

² Friedrich II., Graf v. Öttingen 1486–1490.

105.

1488 Juli 30.

Bischof Friedrich von Passau bestätigt die Ablässe von acht verschiedenen Kardinälen für die Kapelle der vierzehn Nothelfer im Stifte St. Florian und fügt ihnen einen weiteren hinzu.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1488 Juli 30 (9), nördl. Perg. 31 cm br. × 21 cm h., Plica 8 cm, Rückvermerk 15. Jh. Indulgentie domini Friderici postulati Patauini(sis) ex comitibus de Otting pro quatuordecim auxiliatoribus capellam, Siegel des Ausstellers, an Pergamentstr., Schale aus naturfarbenem Wachs, Dm. 7,5 cm, Abdruck in rotem Wachs, Dm. 4,5 cm.

Abschr.: 15. Jh. fol. 27r.

Vgl. Nr. 99–102.

Fridericus^a dei gracia postulatus et confirmatus Patauini(sis) ex comitibus de Oting¹ universis et singulis Cristi fidelibus has litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Deum placare credimus et in celis habere propitium, cum Chr(ist)i fidelium mentes ad pia caritatis exercendum opera debitis exhortacionibus invitamus. Cupientes igitur, ut capella sub vocabulo sanctorum quatuordecim martirum auxiliatorum nuncupatorum situata in monasterio sancti Floriani ordinis sancti Augustini canonicorum regularium nostre diocesis congruis frequentetur honoribus ampliorique devocione veneretur, ac fideles Cr(ist)i eo libencius devocionis causa confluant ad eandem, omnes et singulas indulgentias per reverendissimos in Chr(ist)o patres et dominos, dominos Oliverium Sabinen(sem), Johannem Albanen(sem) episcopos, Dominicum tituli sancti Clementis, Paulum tituli sancti Sixti, Johannem Jacobum tituli sancti Steffani in Celio monte presbiteros, Baptistam sancte Marie in Dompnica, Raphaellem sancti Georgii ad velum aureum et Franciscum tituli sancti Eustachii diaconos miseracione divina sacrosancte Romane ecclesie cardinales iuxta litterarum suarum continenciam ad eandem capellam rationabiliter datas et concessas ratas et gratas habentes ac eas auctoritate nostra ordinaria in subditos nostros extendentes in dei nomine confirmamus. Insuper eciam omnibus Chr(ist)i fidelibus utriusque sexus vere penitentibus confessis et contritis, qui prefatam capellam in festivitibus litteris memoratorum dominorum cardinalium insertis devote visitaverint aut ad ipsius reparacionem manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum aposto-

lorum Petri et Pauli eius auctoritate confisi quadraginta dies indulgentie de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus harum testimonio litterarum. Datum sub nostro appendenti sigillo die penultima mensis iulii anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo octavo.

^a In Hs. darüber in roter Tinte die Überschrift Confirmacio bullarum indulgentiarum et additte indulgentie ab episcopo Patauiensi.

¹ Friedrich II., Graf von Öttingen, 1486–1490. E u b e l, *Hierarchia* 2, 213.

² Vgl. Nr. 99–102.

106.

1489 Jänner 17, Linz.

Raimund Peraudi verleiht der Stiftskirche St. Florian einen Ablass.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1499 Jänner 17 (1), nördl. Perg. 37 cm br. × 25 cm h., Plica 5,5 cm, Rückvermerk um 1500 Indulgentie pro ecclesia sancti Floriani concessa a reverendissimo Raymundo prothonotario Innocentii pape VIII., Siegel des Ausstellers, an Hanfschnur, Blechkapsel, Schale aus naturfarbenem Wachs, Abdruck in rotem Wachs 4,5 cm br. × 7,5 cm h.

Abschr.: Hs. fol. 27r–27v.

§ Raimundus^a § Peyraudi ecclesie Xanctonen(sis) administrator, magister in theologia, sanctissimi domini nostri pape prothonotarius ac referendarius domesticus ad Almaniam universaque et singula provincias, civitates, terras et loca Germanie sacro Roman(o) imperio et illius electoribus necnon illustrissimis principibus dominis Maximiliano Roman(or)um rege et Philippo eius primogenito archiduci Austrie² etc. subiecta eiusdem sanctissimi domini nostri pape et apostolice sedis cum plena potestate legati de latere, nuncius et orator salutem in domino sempiternam. Universis Chr(ist)i fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Et si cuncte ecclesie et loca sub sanctorum fundata vocabulis venerentur, frequententurque a Chr(ist)i fidelibus, maiori tamen reverencia et frequentacione devocionis convenit honorare ecclesias et loca constructa in honorem illius gloriosi martiris sancti Floriani, qui mondanis spretis illecebris ad fidem Chr(ist)i convolvit, pro cuius intrepida confessione dirissimum subire martirium non abnuit^b. Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii eiusdem sancti Floriani ordinis sancti Augustini canonicorum regularium Patau(en)is diocesis congruis frequentetur honoribus ac in suis structuris et edificiis reparetur, conservetur et manuteneatur, necnon Chr(ist)i fideles^c eo libencius devocionis causa ad eandem confluent ecclesiam necnon ad premissa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se reffectos, auctoritate litterarum sanctissimi in Chr(ist)o patris et domini nostri Innocentii divina providencia pape VIII nobis super hoc concessarum omnibus et singulis utriusque sexus personis vere penitentibus et confessis dictam ecclesiam in eiusdem sancti Floriani, assumptionis gloriosissime virginis Marie ac omnium sanctorum necnon dedicacionis^c eiusdem ecclesie festivitatum seu celebritatum diebus devote annuatim visitantibus et ad

premissa manus adiutrices porrigentibus singulis festivitatum seu celebritatum huiusmodi diebus centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem et testimonium presentes litteras fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione muniri. Datum Lintz Patauini(sis) diocesis anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, sexto-decimo kal. februarii pontificatus eiusdem sanctissimi domini nostri pape anno sexto.

Recto:

Links auf der Plica: R(ecep)ta T. de Wyck.

Links unter der Plica: Grad(us)

Verso:

Mitte: R(egistrata), in den Schlingen dieses Buchstabens oben O, unten Vos^e.

^a In Hs. darüber in roter Tinte die Überschrift Bulla alia indulgentiarum pro tota ecclesia sancti Floriani.

^b Hs. abivit.

^c In Orig. und Hs. fidelibus.

^d Orig. deducacionis.

^e Lesung unsicher.

¹ Raymundus (Raimundo) Peraudi (Gurcensis), geb. 1435 Mai 28 Surgeres in Südf frankreich, Domdekan von Saintes, 1476, Archidiakon von Aunis und päpstlicher Ablasskommissär 1487, Bischof von Gurk, Suffr. v. Salzburg 1491, Bischof von Saintes, Suffr. v. Bourdeaux, Kardinaldiakon tit. s. Mariae in Cosmedin 1493 September 20, Kardinalpriester tit. s. Vitalis circa 1496, tit. s. Mariae novae 1499 April 29, gest. 1505 September 5. Eu b e l, Hierarchia 2, 22 Nr. 10, 65, 67; LThK 8 (Freiburg 1963) 267.

² Maximilian I. 1459–1519 und sein Sohn Philipp I. 1478–1506.

107.

1489 Februar 10, Linz.

Raimund Peraudi verleiht der Kapelle der vierzehn Nothelfer im Stift St. Florian einen Ablass.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1489 Februar 10 (2), nördl. Perg. 37 cm br. × 23,5 cm h., Plica 8 cm, Rückvermerk Ende 15. Jh. Indulgentie a Raymundo apostolice sedis legato pro capella sanctorum quatuordecim auxiliatorum, Siegel des Ausstellers, an Hanfschnur, Blechkapsel ohne Deckel, Schale aus naturfarbenem Wachs, Abdruck in rotem Wachs, nur mehr Reste.

§ Raimundus § Peyraudi ecclesie Xanctonen(sis) administrator, magister in theologia, sanctissimi domini nostri prothonotarius ac referendarius domesticus ad Alamaniam universaque et singula provincias, civitates, terras et loca Germanie sacro Roman(o) imperio et illius electoribus etc. subiecta eiusdem sanctissimi domini nostri pape ac apostolice sedis cum plena potestate legati de latere nuncius et orator¹ universis Chr(ist)i fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Chr(ist)i²

recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum sive malum fuerit, oportet nos diem extreme messonis misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod concedente domino cum multiplici fructu recolligere valeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet³ vitam eternam. Cupientes igitur, ut capella ad quatuordecim adiutores nuncupata Patauiensis diocesis, ad quam dilectus nobis in Ch(rist)o venerabilis et religiosus vir prepositus monasterii sancti Floriani ordinis sancti Augustini canonicorum regularium [singularem gerit devotionis affectum], congruis frequentetur honoribus ac in suis structuris et edificiis reparetur, conservetur et manuteneatur, necnon Ch(rist)i fideles eo libentius devocionis causa ad eandem capellam [confluant], quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, auctoritate litterarum sanctissimi in Ch(rist)o patris et domini nostri domini Innocentii divina providentia pape VIII nobis super hoc concessarum omnibus et singulis utriusque sexus personis vere penitentibus et confessis dictam capellam in natalis domini nostri Je(s)u Chr(ist)i, purificationis beate Marie ac sancte Tecle virginis necnon dedicationis eiusdem capelle festivitatum seu celebritatum diebus devote annuatim visitantibus et ad premissa manus adiutrices porrigentibus singulis festivitatum seu celebritatum huiusmodi diebus centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem presentes litteras fieri nostrique sigilli iussimus appensione muniri. Datum Lintz Patauiensis diocesis anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, quarto idus februarii, pontificatus eiusdem sanctissimi domini nostri pape anno sexto.

Recto:

Links auf der Plica: R(ecep)ta T. de Wyck.

Rechts auf der Plica, Hand des Schreibers: N. Tuba.

Links unter der Plica: Grad(us)

Verso:

Mitte R(egistra)ta, in den Schlingen dieses Buchstabens oben O, unten Vos^a.

^a *Lesung unsicher.*

¹ Vgl. Nr. 106 Anm. 1.

² Röm. 14, 10.

³ 2. Kor. 9, 6.

1489 Februar 12, Linz.

Raimund Peraudi erlaubt dem Propst und den Chorherren des Stiftes St. Florian, sich einen ständigen Beichtvater zu wählen, der sie einmal im Leben, in der Todesstunde und bei Lebensgefahr auch von den schwersten Sünden lossprechen darf, selbst von denen, deren Absolution dem Papst

vorbehalten ist. Außerdem bevollmächtigt er diesen, ihnen alle Sündenstrafen zu erlassen.

Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1489 Februar 12 (3), nördl. Perg. 36,5 cm br. × 23 cm h., Plica 8 cm, Siegel des Ausstellers, an Hanfschnur, Blechkapsel, Schale aus naturfarbenem Wachs, Abdruck in rotem Wachs 4,5 cm br. × 7 cm h., links unten ein Stück 4,5 cm × 2,5 cm weggebrochen.

§ Raimundus § Peyraudi ecclesie Xanctonen(sis) administrator, magister in theologia, sanctissimi domini nostri pape prothonotarius ac referendarius domesticus ad Almaniam universaque et singula provincias, civitates, terras et loca Germanie sacro Roman(o) imperio et illius electoribus etc. subiecta eiusdem sanctissimi domini nostri pape et apostolice sedis cum plena potestate legati de latere nuncius et orator¹ ad futuram rei memoriam. Iniunctum nobis ab apostolice sedis beneplacito legationis officium nos propensius excitat et inducit, ut animarum saluti semper intenti illa personis presertim eciam ecclesiasticis et sub suavi religionis iugo altissimo famulantibus talia concedamus, per que earundem animarum salus deo propitio valeat provenire. Hinc est, quod nos venerabilibus et religiosis viris dominis preposito et conventui monasterii sancti Floriani ordinis sancti Augustini canonicorum regularium Patauien(sis) diocesis, ut quilibet ex eis ipsum ordinem professus pro nunc existens possit eligere confessorem secularem vel regularem, qui vita sibi comite ab omnibus preterquam sedi predictae reservatis casibus tociens quotiens fuerit oportunitas ab aliis vero quantumcumque gravibus et enormibus eciam si tales forent, propter quos sedes ipsa merito esset consulenda, semel in vita et in mortis articulo, ac quociens de morte sua dubitabitur, eciam si tunc eum decedere non contingat, absolvat et plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem impendat, auctoritate litterarum sancte cruciate eiusdem sanctissimi domini nostri, domini Innocentii divina providentia pape VIII nobis super hoc concessarum, et in quibus nos quoad hoc specialiter commissarium deputavit, concedimus pariter et indulgemus. In quorum fidem presentes litteras fieri nostrique sigilli iussimus appensione muniri. Datum Lintz Patauien(sis) diocesis anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, pridie idus februarii, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri pape anno sexto.

Recto:

Links auf der Plica: R(ecep)ta.

Rechts auf der Plica: T. de Wyck.

Links unter der Plica: Grad(us).

Verso:

Mitte: R(egistra)ta, in den Schlingen dieses Buchstabens oben O, unten Vos^a.

^a Lesung unsicher.

¹ Vgl. Nr. 106 Anm. 1.

109.

1489 März 10.

*Raimund Peraudi verleiht der Pfarrkirche in Schöndorf einen Ablass.**Orig.: Stiftsa. St. Florian Urk. 1489 März 10 (4), nördl. Perg. 35,5 cm br. × 24 cm h., Plica 6 cm, Siegel des Ausstellers an Hanfschnur, fehlt.*

§ Raimundus § Peyraudi ecclesie Xanctonen(sis) administrator, magister in theologia, sanctissimi domini nostri pape prothonotarius ac referendarius domesticus, ad Alamaniam universaque et singula provincias, civitates, terras et loca Germanie sacro Roman(o) imperio et illius electoribus etc. subiecta eiusdem sanctissimi domini nostri pape ac apostolice sedis cum plena potestate legati de latere nuncius et orator¹, universis Chr(ist)i fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Dum precelsa meritorum insignia, quibus regina celorum virgo dei genitrix gloriosa sedibus prelatas sidereis decorata existit, devote consideracionis indagine perscrutamur, dum eciam animo revolvimus, quod ipsa utpote mater misericordie et pietatis amica ad deum, quem genuit, pro Chr(ist)i fidelibus, qui peccatorum mole premuntur, intercedit, dignum quin potius debitum arbitramur, ut ecclesias et loca ecclesiastica in eius honorem edificata indulgenciis et peccatorum remissionibus decoremus. Cupientes igitur, ut parrochialis ecclesia eiusdem beate Marie virginis in Schöndorff Patauiensis diocesis per nobiles de Polham et oppidanos oppidi in Vegklapurch² eiusdem diocesis erecta, in qua est quedam confraternitas eiusdem virginis nuncupata, congruis frequentetur honoribus ac in suis structuris et edificiis reparetur, conservetur et manuteneatur, necnon Chr(ist)i fideles eo libencius devocionis causa ad eandem confluant ecclesiam ac ad illius et confraternitatis huiusmodi manutencionem manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos, auctoritate litterarum sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii divina providentia pape VIII nobis super hoc concessarum omnibus et singulis utriusque sexus personis vere penitentibus et confessis dictam ecclesiam in reminiscere et post trinitatis ac post exaltacionis sancte crucis necnon post Lucie festivitates secundis feriis, quando scilicet anniversarium dicte confraternitatis peragitur, devote annuatim visitantibus et ad premissa manus adiutrices porrigentibus singulis feriis huiusmodi centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem presentes litteras fieri nostrique sigilli iussimus appensione muniri. Datum Vegklapurch Patauiensis diocesis anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, sexto idus marcii pontificatus eiusdem sanctissimi domini nostri pape anno sexto.

*Recto:**Rechts auf der Plica: N. Tuba.*

Links unter der Plica: X

X

Rechts unter der Plica: O. Vos^a.

Verso:

Mitte R(egistra)ta, in den Schlingen dieses Buchstabens oben O, unten Vos^a.

^a Lesung unsicher.

¹ Vgl. Nr. 106 Anm. 1.

² Die Polheimer der Linie Wartenburg. Vgl. Weiß v. Starkenfels, Adel 260 u. die Bürger der Stadt Vöcklabruck.

110.

1490 März 13.

Weihbischof Andreas von Passau entsühnt die Kapelle des heiligen Florian in Wösendorf und verleiht ihr einen Ablass.

Orig.: Stiftsa. St. Florian, Urk. 1490 März 13 (4), nördl Perg. 24 cm br. × 14 cm h., Plica 4,5 cm, Siegel des Ausstellers, an Pergamentstreifen, Schale aus naturfarbenem Wachs, Dm. 6,5 cm, Abdruck in rotem Wachs, Dm. 3,5 cm.

Nos Andreas dei et apostolice sedis gracia episcopus Constanten(sis), decretorum doctor, venerabilis veri et legitimi capituli ecclesie Patauini(sis) in pontificalibus suffraganeus, universis et singulis Chr(ist)i fidelibus presentes nostras litteras inspecturis visuris pariter et auditoris salutem in domino sempiternam. Notum facimus, quod anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo nonagesimo die vero sabbati, que fuit tredecima mensis marcii eiusdem anni, reconciliacionem capelle sancti Floriani site in villa Wesndarff Pat(auiensis) diocesis peregrimus ac perfecimus. Dedicacionem vero prefate capelle singulis annis perpetue celebrandam presencium tenore transferimus ac transtulimus in proximam dominicam ante sancti Michaelis festum. Cupientes igitur, ut prefata capella congruis frequentetur honoribus, ac Cristi fideles devocionis causa eo libencius ad eam [confluent], seque uberioris dono gracia senciant esse refectos, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis Chr(ist)i fidelibus, qui capellam sepefatam in nativitate, circumcisionis, epiphaniarum, resurrectionis, ascensionis, penthecostes, trinitatis, corporis Chr(ist)i et beatorum Petri et Pauli ac omnium apostolorum necnon singulis beate et gloriose Marie virginis festivitibus ac omnium sanctorum, dedicacionis festivitibus et in die patroni sepepredicti devote visitaverint, seu qui ad reparacionem calicum, librorum ac aliorum ornamentorum inibi pro divino cultu necessariorum quocienscumque manus suas porrexerint adiutrices, quadraginta dies criminalium et octuaginta venialium de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis harum testimonio litterarum sigillo nostro pontificali subappensione munitarum. Datum et actum anno die mense et loco prenotatis.

¹ Vgl. Nr. 97 Anm. 1.